Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector Et Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Meier, Heinrich

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1747-03-04

VD18 90465164

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-70

urn:nbn:de:gbv:46:1-181253

Visual Library

RECTOR ET PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Rerumpublicarum uti eadem in multis est ratio, quæ navium, quibus idcircò tam à sacris quàm profanis Scriptoribus haud rarò comparari solent, ita quæ harum est facies, cùm [illegible] Gubernator ad clavum considens ex ipsa puppi subitò præcipitatur, fluctibúsque mergitur, eadem & in rebuspublicis cernitur, quando qui eminentiori loco constitutus rerum summam præcipuè moderatur, accelerato fato abripitur. Sanè gubernationis navium emblemate nullum facilè aptius datur, sub quo arduum regiminis munus [illegible] depingatur; unde celeberrimi gentium philosophi, qui à στοᾷ nomen acceperunt, idem ad ipsius supremi rerum omnium Domini, qui cuncta nutu suo temperat, [illegible] transferre non dubitârunt, quorum sententiam graphicè his verbis proponit *Massiliensium Presbyter* SALVIANUS Lib. I. de Guberna. Dei: *Stoici eum gubernatoris vice intra id quod regat semper manere testantur. Quid potuerunt de affectu ac diligentiâ Dei rectius religiosiúsque sentire, quàm ut eum gubernatori similem esse dicerent? hi atque intelligentes, quid sicut navigans gubernator nunquam manum suam à gubernaculo, sic nunquam penitus curam suam tollit à mundo, ac sicut ille & auras captans, & saxa vitans, & astra suspiciens, totus sit simul tam corporis, quàm cordis officio operi suo deditus, ita scilicet Deum nostrum ab universitate omnium rerum nec munus dignantissimæ visionis avertere, nec regimen providentiæ suæ tollere, nec indulgentiam benignissimæ pietatis auferre.* Quod si, quos Deus providentiâ suâ in regiminis quadam parte, ad integrarum societatum commodum æquitatem constituere voluit, ipsius imaginem gerere ejúsque perfectiones imitari debent, meritò & communis hæc appellatio illis non exiguo honori cedit. Hinc Græci non solùm Principibus [illegible] nomen dabant, sed & Romanus Orator vix illustriorem titulum novit, quo supremos urbis gentium quondam dominæ, magistratus insigniret, quàm *Custodum & Gubernatorum Reipublicæ*. Quin & Consulem fasces tenentem *C. Pansam* persuadere cupiens Philipp. VII. cap. IX. ait: *Te ipsum moneo, Pansa, quanquam non eges consilio, quo vales plurimùm: tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent.* Ipsa hæc appellatio tam eos officii sui blandè admonet, quàm ubi illi dignè respondere allaborant, momenti ejusdem, omniúmque quas pro salute civium impendunt pervigilium curarum, laborum, atque molestiarum brevem summam exhibet, quibus noctésque diésque excubantes, mentis oculos in id unicè defixos tenent, ut cursum feliciter dirigant, ne respublica, velut in brevia & syrtes incautè acta, acutisve illisa scopulis, aut sævis disjecta procellis navis, aliquid detrimenti patiatur. Hoc illud est, quod [illegible] sibíque reip. moderator sibi unicè negotii datum esse credit, teste SCIPIONE apud CICER. ad Attic. Lib. VIII. Epist. XI. *Ut enim Gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori victoria; sic huic moderatori reip. beata civium vita proposita est; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Hujus enim operis maximi inter homines, illum esse perfectorem volo.* Imo talis moderator reip. ipsam gubernatoris navis industriam longè superare debet, secundùm illud PLUTARCHI in Præcept. Reip. gerend. Opp. Tom. II. p. 801. [illegible] κ. τ. λ. i. e. XYLANDRO Interprete. *Qui naves gubernant, ii quidem munus remigum regendorum aliis mandant, at rempubl. qui gerit, non gubernatrice modo mente præditus esse, sed in se ipso habere debet facultatem orationis, quâ imperia tradat, ut alieni opus habeat voce. cet.* Tot tantáque commoda qui indefesso studio toti societati præstat, summo jure non solùm vivus illi carissimus est, sed &, quemadmodum, cùm gubernator navi eripitur, quotquot eâ vehebantur, meritorum ejus non immemores, jacturam hanc impensè dolent, ita &, quando, qui reip. gubernaculum tenebat, è medio tollitur, grati cives defuncti beneficiorum, quorum ejus vigili curâ participes redditi erant, piè recordantes, ejusdem quoque memoriam acerbissimo luctu prosequuntur. Quid mirum igitur, quòd & hodiè luctuosa admodum Reipublicæ nostræ facies sit, cùm ereptum sibi his diebus ab ipso clavo Gubernatorem, tanto acerbiore funere efferre cogatur, quò diutiùs prudenti ejus moderamine ipsi frui licuit. Est is, *Vir perquam Magnificus, Prænobil.* atque *Consultissimus*, HENRICUS à MEIER, JCTus consummatissimus, Patriæ Consul Senior & hoc ipso tempore Præses meritissimus, Ecclesiarúmque agri Bremensis [illegible] vigilantissimus. Commendabant illum jam ultrò Reipublicæ splendidissimi natales, crebráque majorum de eadem optimè meritorum nomina, unde genus ducens, A. MDCLXXVIII. a. d. XXIX. April. hanc in lucem editus est. *Pater* ipsi obtigit Vir Nobiliss. Ampliss. atque Consultiss. HENRICUS MEIERUS, U. J. D. & in Ill. primùm Lyceo nostro Professor longè Celeber. dein Reip. Senator optimus. *Mater*, N[illegible] omnibúsque sexûs sui decoribus ornatiss. Matrona GEBECCA ab HEERDEN. *Avus paternus* fuit T. T. HENRICUS MEIERUS, Spectabilis Collegii Seniorum membrum, & tandem Senior integerrimus. *Avia* T. T. GERTRUDIS CHYTRÆA, Matrona laudatissima, Filia Viri, ut in omni doctrinæ genere, ita inprimis in arte poëticâ, quod oblectamenta ejus metrica testantur, clarissimi T. T. MATTHÆI CHYTRÆI Lic. & Reip. Senatoris Senioris dignissimi, & T. T. HELIÆ WACHMANNÆ: quorum ille *Patrem* nactus est Virum immortalium in Ill. nostram Scholam Academicam meritorum NATHANEM CHYTRÆUM, Rectorem Magnificum perpetuum & SS. Th. Prof. insignis in Ecclesiâ Protestantium Theologi & inter Auctores Libri Concordiæ non ultimi nominis, DAVIDIS CHYTRÆI fratrem, *Matrem* T. T. GERTRUDEM PRENGERAM, T. T. HENRICI PRENGERI, Senatoris Rostochiensis laudatissimi, & T. T. GERTRUDIS LEVARDIÆ filiam: Hæc autem *Patre* edita est, T. T. JOHANNE WACHMANNO, urbis nostræ Senatore celeberrimo, *Matre*, T. T. ILSA KREFTINGIA, T. T. HERMANNO KREFTINGIO, Patricio, Magnifici Consulis & tum meritis in patriam quum insigni inprimis Juris [illegible], HENRICI KREFTINGII fratre, natâ. *Proavus* fuit T. T. HENRICUS MEIERUS, Magnanimus ex præcipuis. Ducebat is genus à nobiliori MEIERORUM à RATLO stemmate in ducatu L[illegible], cujus avitæ nobilitatis gloriam atque jura Illustr. Reipubl. Præsidi Splendidissimæque Familiæ Augustissimus Imperator Carolus VII. benignior renovavit. *Proavia*, T. T. CUNIGUNDA DINCKLAGENIA, T. T. JOHANNIS DINCKLAGEN, cujus prosapia splendidissimis fundis hæreditariis in ducatu Westphaliæ gavisa est, & ANNÆ AVERDAMMIÆ filia. *Maternum genus ornat Avus* Vir Magnificus, Nobilissimus atque Consultissimus JOHANNES ab HEERDEN JCTus eminentissimus Reip. Consul & Scholarcha; *Avia*, Matrona Nobiliss. HEBELIA HOLLENIA, Filia T. T. JOHANNIS HOLLEN, Senatoris Sen. gravissimi, & T. T. GEBECCÆ MEIERÆ. *Proavus*, T. T. JOHANNES ab HEERDEN, Patricius & Reip. Consul, filius T. T. BORCHARDI ab HEERDEN, Senat. *Proavia*, T. T. ANNA WILCKENS, honestissima familia prognata. Non levi quidem damno optimus Parens illi in prima juventute ereptus est, verum jacturam hanc compensavit fidelissima Matris [illegible] cura. Ab illa jam maturè A. MDCLXXXIII. in ludum literarium missus est, ubi peracto singulari laude omnium classium curriculo, A. MDCXCV. circa festum Paschatis dignissimè ad altiora subsellia promotus, [illegible] Viris Clarissimis, *Did. Sagittario* in Eloquentiâ, *Joh. Tobingio* & *Joh. Eberh. Schwelingio* in Philosophia, in Mathesi quoque sub Architecturæ civil. æquè ac militar. præfecto *H. Bruggemanno*, in studio juris [illegible] Celeberrimo U. J. D. & quondam Prof. posthmodum Consule meritissimo *Joh. Kerckenio* ut & *Alb. Meiero* & modo memorato *Schwelingio*, tum verò & in cultioribus Europæ linguis sub peritis illarum [illegible] se strenuè exercuit. Quantum assiduâ diligentiâ profecerit, testatum mox fecit conscriptâ proprio marte, & sub Clariss. *Schwelingii* præsidio publicè A. MDCXCIX. a. d. XXVIII. Jun. ventilata Diss. *de libero arbitrio & morali*. Qui labor tam benevolè exceptus est, ut Celeb. Theologus *H. G. Stahelius* subjuncto eidem carmine, ita eum compellare non dubitaverit: *Cùm tu sis talis, cur non es noster, amice? Cur nobis [illegible] ordinis esse Decus? Consultis juris, si dicere vera jubetis, Eximium hunc vobis invideo juvenem!* Relictis eodem anno patriis Musis, ad Ultrajectinas transiit, & postquam ad tempus in humanioribus Summum [illegible], in jure Celeb. *Eckium* & *Moydenium* audivisset, habitâ in amœnissimâ illâ urbe absque Præside inaugurali dissertatione *de substitutione mente captorum* A. MDCCI. a. d. 27. Jun. doctorali laureâ, suo merito [illegible]. Ut animum plurimarum scientiarum cognitione imbutum, itineribus in celebriores regiones institutis magis perpoliret, Belgium non solùm & Alsatiam perlustravit, sed & Viennam in Austriis, Imperatoris [illegible], cum diversis Electorum Principúmque Germaniæ aulis & imperii urbibus invisit, Wetzlariæ autem judicii cameræ Imper. causâ diutiùs hæsit, doctrinæque copiam multarum rerum experientia auxit, donec A. MDCCII. mense Novembri patriæ suisque redderetur, ubi tum privatim præstantioribus quibusdam juvenibus collegia juris habendo, quam operam suam in foro patrio, eam experentibus commodando, congestos Doctrinæ thesauros in aliorum usum explicare cœpit. A. MDCCV. a. d. XXXI. Mart. auspicatissimas nuptias iniit, cum Nobiliss. multisque dotibus luculenter exornatâ Matronâ TIBETA MEYERA, Viri Nobiliss. atque Ampliss. HERMANNI MEYERI, Senatoris integerrimi, & rarissimi exempli Matronæ DOROTHEÆ KöHNEN filiâ, tum temporis Nobiliss. atque Ampliss. Viri BERNHARDI LAMPEN, [illegible] & Illustr. Comitis Lippiaci Consiliar. & supremi Præfecti in Brake viduâ. Matrimonium intimâ animorum conjunctione ad XXVI. annos duravit, cùm exoptatissima hæc thori socia ipsi a. d. III. Febr. A. MDCCXXXI. eriperetur, postquam eum octuplâ prole beaverat, 1. *Bernhardo*, 2. *Gebeccâ*, 3. *Dorotheâ*, 4. *Tibeta*, 5. *Henriettâ Gebeccâ*, 6. *Dorotheâ* altera, 7. *Henrico* & 8. *Henrico* altero. Reliquis autem omnibus in tenera ætate extinctis, sola quæ sexto partu edita erat, superstes mansit, Prænobil. omnibúsque fœminei sexûs decoribus abundantissimè decora Matrona DOROTHEA MEIERA, quæ A. MDCCXXXIV. a. d. 8. Jan. nuptiis [illegible] summum splendore perinclyto, atque Prænobil. Dom. ERNESTO AUGUSTO ab ESTORF, Domino hæreditario in NEETZE, ex quo conjugio Magnif. Avus unum erectioris indolis insignisque spei nepotem, Nobiliss. juvenem OTTONEM ab ESTORF, unámque Nobiliss. morúmque elegantiâ commendatissimam neptem TIBETAM DOROTHEAM ab ESTORF, vidit. Consecutus est Vir perquam Magnificus, idque maturè satis, meritorum lautissima præmia, quibus se quoque dignum præstare studuit. A. MDCCVIII. a. d. 29. Mart. in Senatorum lectus, gravissima munia Duumviratus Scholæ constituendæ, [illegible] militaris, quæsturæ ærarii publici, visitationis, ut vocant, Ecclesiarum territorii Bremensis, cet. non solùm dexterrimè sustinuit, sed & legationibus ad aulas exteras, ut Potentiss. Britanniæ Regis & Sereniss. Electoris Brunsv. Luneb. Hannoveranam, nec non Cassellanam atque Guelferbytanam summâ cum laude functus est. Tandem A. MDCCXX. a. d. 25. Febr. ad supremum honorum populi culmen, dignitatem consularem evectus est. [illegible] Ad has exhibendas [illegible] Scholarcha, merito ultrà à vobis expetimus. V. P. P. Bremæ a. d. IX. Mart. [illegible]XXXXVII.

1747. q 9 tra
70.

RECTOR ET P
ILLUSTRIS SCH
LECT

Rerumpublicarum uti eadem in multis eſt rati
Scriptoribus haud rarò comparari ſolent, ita quæ harum eſt facies, cùm
eadem & in rebuspublicis cernitur, quando qui eminentiori loco conſt
emblemate nullum facilè aptius datur, ſub quo arduum regiminis munu
ipſius ſupremi rerum omnium Domini, qui cuncta nutu ſuo temperat,
ſium *Presbyter* SALVIANUS Lib. I. de Gubern. Dei: *Stoici eum guber*
rectiùs religioſiùsque ſentire, quàm ut eum gubernatori ſimilem eſſe diceret
nunquam penitus curam ſuam tollit à mundo, ac ſicut ille & auras captan
ita ſcilicet Deum noſtrum ab univerſitate omnium rerum nec munus dignantiſſimæ viſionis avertere
Deus providentiâ ſuâ in regiminis quadam parte, ad integrarum ſocietatum commodum atque
communis hæc appellatio illis non exiguo honori cedit. Hinc Græci non ſolùm Principibus
gentium quondam dominæ, magiſtratus inſigniret, quàm *Cuſtodum & Gubernatorum Reipu*
Te ipſum moneo, Panſa, quamquam non eges conſilio, quo vales plurimùm: tamen etiam ſummus gubernator
ſui blandè admonet, quàm ubi illi dignè reſpondere allaborant, momenti ejusdem, omniúmque
ſummam exhibet, quibus noctésque diésque excubantes, mentis oculos in id unicè defixos
ſcopulis, aut ſævis disjecta procellis navis, aliquid detrimenti patiatur. Hoc illud eſt, quod
ad Attic. Lib. VIII. Epiſt. XI. *Ut enim Gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria;*
ampla, virtute honeſta ſit. Hujus enim operis maximi inter homines, illum eſſe perfectorem
illud PLUTARCHI in Præcept. Reip. gerend. Opp. Tom. II. p. 801. οἱ μὲν τὰ πλοῖα κυβερνῶντας
μενον λέγον, ὥσπερ μὴ δέηται φωνῆς ἀλλοτρίας, κ. τ. λ. i. e. XYLANDRO Interprete, *Qui navis gubernant,*
modo mente præditus eſſe, ſed in ſe ipſo habere debet facultatem orationis, quâ imperia tradat,
mo jure non ſolùm vivus illi cariſſimus eſt, ſed &, quemadmodum, cùm gubernator navi
&, quando, qui reip. gubernaculum tenebat, è medio tollitur, grati cives defuncti beneficiorúmq
acerbiſſimo luctu proſequuntur. Quid mirum igitur, quòd & hodiè luctuoſa admodum Reipu
funere efferre cogatur, quò diutiùs prudenti ejus moderamine ipſi frui licuit. Eſt is, Vir
riſſimus, Patriæ Conſul Senior & hoc ipſo tempore Præſes meritiſſimus, Eccleſiarúmque agri Bremenſis
rum de eadem optimè meritorum nomina, unde genus ducens, A. MDCLXXVIII. a. d. XXIX. Aprilis
U. J. D. & in Ill. primùm Lyceo noſtro Profeſſor longè Celeber. dein Reip. Senator optimus. *Mater*,
HENRICUS MEIERUS, Spectabilis Collegii Seniorum membrum, & tandem Senior integerrimus.
primis in arte poëticâ, quod obſectamenta ejus metrica teſtantur, clariſſimi T. T. MATTHÆI CHYTRÆI
nactus eſt Virum immortalium in Ill. noſtram Scholam Academicam meritorum NATHANEM CHYTRÆUM,
inter Auctores Libri Concordiæ non ultimi nominis, DAVIDIS CHYTRÆI fratrem, *Matrem* T. T. GE
GERTRUDIS LEVARDIÆ filiam: Hæc autem *Patre* edita eſt, T. T. JOHANNE WACHMANNO
KREFTINGIO, Patricio, Magnifici Conſulis & tam meritis in patriam quam inſigni inprimis Juris
ex præcipuis. Ducebat is genus à nobiliori MEIERORUM a RATLO ſtemmate in ducatu
Auguſtiſſimus Imperator Carolus VII. benigniter renovavit. *Proavia*, T. T. CUNIGUNDA
tariis in ducatu Weſtphaliæ gaviſa eſt, & ANNÆ AVERDAMMIÆ filia. *Maternum genus* ornat
mus Reip. Conſul & Scholarcha. *Avia*, Matrona Nobiliſſ. HEBELIA HOLLENIA, Filia T. T. JOH
HANNES ab HEERDEN, Patricius & Reip. Conſul, filius T. T. BORCHARDI ab HEERDEN.
optimus Parens illi in primâ juventute ereptus eſt, verum jacturam hanc compenſavit fideliſſimæ Matris
omnium claſſium curriculo, A. MDCXCV. circa feſtum Paſchatis dignisſimè ad altiora ſubſellia promotus
in Matheſi quoque ſub Architecturæ civil. æquè ac militar. præfecto *H. Bruggemanno*, in ſtudio juris
Meiero & modo memorato *Schwelingio*, tum verò & in cultioribus Europæ linguis ſub peritis illarum
marte, & ſub *Clariſſ. Schwelingii* præſidio publicè A. MDCXCIX. a. d. XXVIII. Jun. ventilatâ Diſſ. *de Mer*
eidem carmine, ita eum compellare non dubitaverit: *Cùm tu ſis talis, cur non es noſter, amice, Cur*
eodem anno patriis Muſis, ad Ultrajectinas tranſiit, & poſtquam ad tempus in humanioribus Summum
rali diſſertatione *de ſubſtitutione mente captorum* A. MDCCI. a. d. 27. Jun. doctorali laureâ, ſuo merito
magis perpoliret, Belgium non ſolùm & Alſatiam perluſtravit, ſed & Viennam in Auſtriis, Imperii
judicii cameræ Impor. causâ diutiùs hæſit, doctrinaéque copiam multarum rerum experientiâ auxit,
venibus collegia juris habendo, quàm opem ſuam in foro patrio, eam expetentibus commodando,
nuptias iniit, cum Nobiliſſ. multisque dotibus luculenter exornatâ Matrona TIBETA MEYERA, Viri
THEÆ KÖHNEN filiâ, tum temporis Nobiliſſ. atque Ampliſſ. Viri BERNHARDI LAMPEN, inſig
rum conjunctione ad XXVI. annos duravit, cùm exoptatiſſima hæc thori ſocia ipſi a. d. III. Febr. A. MD
5. *Henriettâ Gebeccâ*, 6. *Dorotheâ* alterâ, 7. *Henrico* & 8. *Henrico* altero. Reliquis autem omnibus in
bus abundantiſſimè ditata Matrona DOROTHEA MEIERA, quæ A. MDCCXXXIV. a. d. 8. Jun.
mino hæreditario in NEETZE, ex quo conjugio Magnif. Avus unum erectioris indolis inſignisque
datiſſimam neptem TIBETAM DOROTHEAM ab ESTORF, vidit. Conſecutus eſt Vir perquam
MDCCVIII. a. d. 29. Mart. in ſenatum lectus, graviſſima munia Duumviratûs Scholæ conſtituendæ,
ſolùm dexterrimè ſuſtinuit, ſed & legationibus ad aulas exteras, ut Potentiſſ. Britanniæ Regis & Sereniſſ.
eſt. Tandem A. MDCCXX. a. d. 15. Febr. ad ſupremum honorum populi culmen, dignitatem conſularem evectus eſt.
cognitione minimè ſuperficiariâ tinctus erat, ita non ſolùm quicquid à negotiis publicis ſupererat temporis, his perpetuò
Muſarum perpetuum ſe fautorem atque Mecænatem præbuit, cujus rei, nomini ejus crebrò inſcripti libri inter alia, argu
atque affabilitas ipſi procerum civiúmque amorem conciliabant. Publicis ſacris frequenter intererat, privatorum autem pietas
nigniſſimum Numen ſatis vegetas valentésque conceſſerat. Verùm ingraveſcente ætate, eædem jam aliquot retrò annis non
autem dorſum præcipuè infeſtante, maxima virium debilitatio ſequebatur, quæ non obſcura paralyſeos in dorſo indicia
vices febrilibus motibus, Aphthæ in faucibus ſe proderent. Licet enim hæc ſymptomata nonnunquam paululum à violentiâ
circa nonam matutinam, placidâ morte animam fido Creatori reddens, patriæ ſuæ eriperetur, ſplendidiſſimámque familiam
circiter menſes quartadecimâ vice, ut Præſes, Reip. iterum moderamen ſuſceperat. Quod mortale in ipſo erat, hodiè
Vos quoque, ornatiſſimi Ill. Lycei cives ut frequentes conveniatis, inſignia Viri Magnifici in Muſas, & inprimis quidem in

OFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
ORI S.

quæ navium, quibus idcircò tam à ſacris quàm profanis
s Gubernator ad clavum conſidens ex ipſâ puppi ſubitò præcipitatur, fluctibúsque mergitur,
rerum ſummam præcipuè moderatur, accelerato fato abripitur. Sanè gubernationis navium
diùs depingatur; unde celeberrimi gentium philoſophi, qui à κυβ nomen acceperunt, idem ad
amen transferre non dubitârunt, quorum ſententiam graphicè his verbis proponit *Maſſilien-*
s vice intra id quod regat ſemper manere teſtantur. Quid potuerunt de affectu ac diligentiâ Dei
c utique intelligentes, quòd ſicut navigans gubernator nunquam manum ſuam à gubernaculo, ſic
axa vitans, & aſtra ſuſpiciens, totus ſit ſimul tam corporis, quàm cordis officio operi ſuo deditus,
regimen providentiæ ſuæ tollere, nec indulgentiam benigniſſimæ pietatis auferre. Quòd ſi, quos
em conſtituere voluit, ipſius imaginem gerere ejúsque perfectiones imitari debent, meritò &
ων nomen dabant, ſed & Romanus Orator vix illuſtriorem titulum novit, quo ſupremos urbis
Quin & Conſulem faſces tenentem *C. Panſam* perſuadere cupiens Philipp. VII. cap. IX. ait:
tores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. Ipſa hæc appellatio tam eos officii
s pro ſalute civium impendunt pervigilium curarum, laborum, atque moleſtiarum brevem
ut curſum feliciter dirigant, ne reſpublica, velut in brevia & ſyrtes incautè acta, acutísve illiſa
fidúsque reip. moderator ſibi unicè negotii datum eſſe credit, teſte SCIPIONE apud CICER.
ia; ſic huic moderatori reip. beata civium vita propoſita eſt; ut opibus firma, copiis locuples, gloria
o talis moderator reip. ipſam gubernatoris navis induſtriam longè ſuperare debet, ſecundùm
χρῶνται κελευσαῖς· ὁ δὲ πολιτικὸς ἐν ἑαυτῷ μὲν ὀφείλει τὸν κυβερνῶντα νοῦν ἔχειν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸν ἐγκελευό-
nt, ii quidem munus remigum regendorum aliis mandant, at rempubl. qui gerit, non gubernatrice
opus habeat voce. cet. Tot tantáque commoda qui indefeſſo ſtudio toti ſocietati præſtat, ſum-
uotquot eâ vehebantur, meritorum ejus non immemores, jacturam hanc impensè dolent, ita
quorum ejus vigili curâ participes redditi erant, piè recordantes, ejusdem quoque memoriam
noſtræ facies ſit, cùm ereptum ſibi his diebus ab ipſo clavo Gubernatorem, tanto acerbiore
Magnificus, Prænobil. atque *Conſultiſſimus*, HENRICUS à MEIER, JCTus conſumma-
or vigilantiſſimus. Commendabant illum jam ultrò Reipublicæ ſplendidiſſimi natales, crebráque majo-
in lucem editus eſt. *Pater* ipſi obtigit Vir Nobiliſſ. Ampliſſ. atque Conſultiſſ. HENRICUS MEIERUS,
omnibúsque ſexûs ſui decoribus ornatiſſ. Matrona GEBECCA ab HEERDEN. *Avus paternus* fuit T.T.
. T. GERTRUDIS CHYTRÆA, Matrona laudatiſſima, Filia Viri, ut in omni doctrinæ genere, ita in-
. Lic. & Reip. Senatoris Senioris digniſſimi, & T.T. HELIÆ WACHMANNÆ: quorum ille *Patrem*
JM, Rectorem Magnificum perpetuum & SS. Th. Prof. inſignis in Eccleſiâ Proteſtantium Theologi &
IDEM PRENGERAM, T. T. HENRICI PRENGERI, Senatoris Roſtochienſis laudatiſſimi, & T.T.
), urbis noſtræ Senatore celebratiſſimo, *Matre*, T. T. ILSA KREFTINGIA, T. T. HERMANNO
nclyti, HENRICI KREFTINGII fratre, natâ. *Proavus* fuit T.T. HENRICUS MEIERUS, Magnarius
enſi, cujus avitæ nobilitatis gloriam atque jura Illuſtr. Reipub. Præſidi Splendidiſſimaéque Familiæ
AGENIA, T. T. JOHANNIS DINCKLAGEN, cujus proſapia ſplendidiſſimis fundis hæredi-
r Magnificus, Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus JOHANNES ab HEERDEN JCTus eminentiſſi-
IS HOLLEN, Senatoris Sen. graviſſimi, & T. T. GEBECCÆ MEIERÆ. *Proavus*, T. T. JO-
oris. *Proavia*, T.T. ANNA WILCKENS, honeſtiſſimâ familiâ prognata. Non levi quidem damno
a cura. Ab illâ jam maturè A. MDCLXXXIII. in ludum litterarium miſſus eſt, ubi peracto ſingulari laude
Viris Clariſſimis, *Did. Sagittario* in Eloquentiâ, *Joh. Tabingio* & *Joh. Eberh. Schwelingio* in Philoſophiâ,
ab Celeberrimo U. J. D. & quondam Prof. poſtmodum Conſule meritiſſimo *Joh. Rhedenio* ut & *Alb.*
ris ſe ſtrenuè exercuit. Quantum aſſiduâ diligentiâ profecerit, teſtatum mox fecit conſcriptâ proprio
aturali & morali. Qui labor tam benevolè exceptus eſt, ut Celeb. Theologus *H. G. Snabelius* ſubjuncto
is ordinis eſſe Decus? Conſulti juris, ſi dicere vera jubetis, Eximium hunc vobis invideo juvenem! Relictis
m, in jure Celeb. *Eckium* & *Muydenium* audiviſſet, habitâ in amœniſſimâ illâ urbe absque Præſide inaugu-
ſt. Ut animum plurimarum ſcientiarum cognitione imbutum, itineribus in celebriores regiones inſtitutis
, cum diverſis Electorum Principúmque Germaniæ aulis & imperii urbibus viſit, Wetzlariæ autem
MDCCII. menſe Novembri patriæ ſuisque redderetur, ubi tam privatim præſtantioribus quibusdam ju-
os Doctrinæ theſauros in aliorum uſum explicare cœpit. A. MDCCV. a. d. XXXI. Mart. auſpicatiſſimas
atque Ampliſſ. HERMANNI MEYERI, Senatoris integerrimi, & rariſſimi exempli Matronæ DORO-
& Illuſtr. Comitis Lippiaci Conſiliar. & ſupremi Præfecti in Brake viduâ. Matrimonium intimâ animo-
XI. eriperetur, poſtquam eum octuplâ prole beaverat, 1. *Bernhardo*, 2. *Gebeccâ*, 3. *Dorotheâ*, 4. *Tibeta*,
ate exſtinctis, ſola quæ ſexto partu edita erat, ſuperſtes manſit, Prænobil. omnibúsque fœminei ſexûs decori-
ſit ſtemmatis ſplendore perinclyto, atque Prænobil. Dom. ERNESTO AUGUSTO ab ESTORF, Do-
em, Nobiliſſ. juvenem OTTONEM ab ESTORF, unámque Nobiliſſ. morúmque elegantiâ commen-
icus, idque maturè ſatis, meritorum lautiſſima præmia, quibus ſe quoque dignum præſtare ſtuduit. A.
rei militaris, quæſturæ ærarii publici, viſitationis, ut vocant, Eccleſiarum territorii Bremenſis, cet. non
is Brunſv. Luneb. Hannoveranam, nec non Caſſellanam atque Guelferbytanam ſummâ cum laude functus

tterarum omne genus & inprimis tam earum, quæ ab humanitate nomen ferunt, latinarum ac græcarum, quàm ſublimiorum iſtoriæ, philoſophiæ, Juri naturæ & publico, quin & ipſi Theologiæ, in quâ haud exiguos progreſſus fecerat, impendit, ſed & ebent. Politi mores uti efficiebant, ut omnis ordinis homines etiam exteri libenter cum eo verſarentur, ſic ejusdem comitas rum quàm egregios fructus feralis lectus tulerit, qui ei adſtiterunt, teſtantur. Ad corporis vires quod attinet, has quidem Be-i atque atteri coperunt. Inprimis invadente eum ante quinque circiter hebdomades gravedine, totum primùm corpus, mox de ſtatim perexigua reſtitutionis ſpes adfulgebat, inprimis cùm proſtrato penitus appetitu, accedentibúsque & decedentibus per viderentur, nec ulli arti medicæ parceretur, ita tamen, mox reliquæ vires exhauriebantur, ut quarto labentis menſis *Martii* die, mum luctum conjiceret, poſtquam humanis rebus non niſi LXVIII. annos, X. menſes, cum XIV. diebus interfuerat, & ante duos omnibus urbis ordinibus totóque populo, in æde D. Ansgarii tumulo, ſolemnibus exſequiis, inferetur. Ad has coronandas quondam Scholarchæ, merita ultrò à vobis expoſcent. V. P. P. Bremæ a. d. IX. Mart. cIↃIↃccXXXXVII.